

eorum conventibus. Propterea, quod oportuna non iudicavit aperte illis contra ire, voluit ut S. Sedes eadem abrogaret.²³⁵

Omissis longis ejus circuitibus diplomaticis, nobis sufficit pertinaces ipsius conatus indigitare, nec minus firmam ex adverso S. Sedis resistantiam efferre, qua Franciscanos in eorum juribus conservare voluit.

Sic in pertractatione praeliminari cum ablegato S. Sedis Card. Jacobini, statim gubernium insistit: »Contractus inter C. ac R. gubernium et S. Sedem de instaurazione novae organisationis concludendus, oporteret decisionem includere, virtute cujus, saltem in principio, utraque pars necessarium esse teneret, hodiernum clerum regularem, qui nullo modo officio suo par est, in saecularem esse convertendum«. ²³⁶ Eandem conditionem, mitiori tamen forma, in prospectu scripto pro tractationibus apposuit: »La transformation du clergé actuel en clergé séculier ne se ferait que successivement et en ménageant les droits et intérêts des pères franciscains«. ²³⁷ S. Sedes ex parte sua, Franciscanos nullatenus sacrificare volens, ad summum concessit, ut clerus saecularis una cum Franciscanis curam pastorem gereret ac eis debitam reverentiam exhiberet: »...che (clerus saecularis) insieme al clero regolare (cui per i servizi prestati alla Chiesa la S. Sede vuole ci usino tutti i dovuti riguardi) si occupino alacramente nel sacro ministero e nella cura delle anime«. ²³⁸

S. Sedes ergo Franciscanos conservare voluit in cura pastoralis, immo potius tractationes abrumpere parata erat quam a sua intentione recedere, ideo et evaserunt relationes difficiles de hac re. ²³⁹

²³⁵ *Ibidem*, 359 n. 31. »In dieser Beziehung werden wir wohl vorerst den kirchlichen Autoritäten die Sorge dafür überlassen müssen, den Klöstern, welchen nach canonischen Begriffen das Pfarramt incorporirt ist, dasselbe abzunehmen«.

²³⁶ *Ibidem*, 149.

²³⁷ *Ibidem*, 367 n. 35.

²³⁸ *Ibidem*, 369 n. 36.

²³⁹ »Bei Redaction des Notenprojectes bezüglich Stylisirung des Passus betreffend Secular — und Regular — Clerus Schwierigkeiten eingetreten